ALEXANDER PP. VI.

Dilecti filij salutem et aplicam ben. Cum nuper pro tuitione viarum et ſecuritate itinerantium et tranſeuntium per loca provincie nre Patrimonij cum mercantijs bonis et rebus eorum quibuſcumque Dilectum filium Petrum Jacobū de Hermanis Peruſin.
harum oſtenſorem cum plena facultate gnalem Cōmiſſarium nrm deputauerimus ſicuti ex breui Cōmiſſionis nre uidebitis: Vobis in uirtute ſancte obedientie et ſub indignationis nre ac alijs penis vobis pereum infligendis tenore preſentium
precipimus et mandamus ut dicto Petro Jacobo eiuſque requiſitionibus et mandatis quibuſcumque pro faciliori mandatorum nroꝝ executione plene et efficaciter aſſiſtatis et oīmode pareatis, prout ab eo admoniti et requiſiti fueritis. Ne ſicuti ab
eodem de mente nra informabimini damna et depredationes intra confines vros quomodolibet illata à vobis, ſi minus obedientes fueritis, repeti et ſatiſfieri per vos mandare compellamur. Datum Rome apud Sanctum Petrum Sub
Annulo Piſcatoris Die xi Nouembris M c c c c l x x x x viii. Pont. nri. Anno. Septimo

Jo. pe. Arriuabenus

Mandatum Alexandri PP. VI. Communitati Aquependensi pro obedientia danda Commissario contra depredatores viarum sub anno 1498.

Dilectis filiis Prioribus tribus antepositis et Communi terre nostre Aquependentis:–

Breve della Commissione di p° Jaro [illegible] custodes [illegible]

ARCHIVIO STORICO ACQUAPENDENTE